

domino etc. Cupientes ut Ecclesia sancte Crucis ¹⁾ in Dresden Missenensis dyoec. et ut struture Pontis trans fluvium dictum Albea ad communem utilitatem viatorum ibidem trans euncium complende, piis fidelium elemosinis subueniatur, ipsaq; ecclesia congruis honoribus frequentetur. Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in ipsius sancte crucis festis, nec non in festiuitatibus Natiuitatis beati Johannis Baptiste, et in dedicacione ipsius ecclesie aut per octauas predictarum festiuitatum, causa devacionis, peregrinacionis vel oracionis accesserint, aut qui in serotina pulsacione campane ²⁾ flexis genibus ter aue maria devote dixerint, vel qui in extremis labo rantes quicquam suarum legaverint facultatum, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenti, preparamenta et alia dicte ecclesie et altarium necessaria, et ad reparacionem, structuram et reformatiōnem predicti Pontis manus porrexerint adjutrices, aut qui pium opus re-

1) Hier nennen die Kardinäle die Kreuzkapelle zum ersten mal eine Kirche; eine Benennung, die ihr gegen das Ende des 13ten Jahrh. anfing gegeben zu werden.

2) Hier ist ein sehr frühes Datum des Anschlagens der Betglocke, welches Gebet die Kinder auf dem Lande besonders Abends lange nach der Reformation, ja noch im vorzigen Jahrh. knieend zu verrichten pflegten.